nos priuatæ meæ Scholæ, in qua Vuitebergæ Schellero, iuſſu illuſtrium Ducum Saxoniæ in Galliam cum Johanne Hoffero abeunti, ſucceſſi, approbantibus Præceptoribus communibus Dn. PHILIPPO MELANCHTHONE, & PAVLO EBERO, luminibus piæ, & ſanctæ memoriæ, noſtri ſeculi aliquoties non absq; fructu prælegi. Poſt biennium autem ab ampliſſimo, clariſſimo & prudentiſſimo Senatu Fribergenſi ad munus in Patriam Scholam vocatus, in Quæſtiones, vt adoleſcentibus magis eſſet idoneus, redegi: &, vt ſtudioſis ad doctrinam de motibus corporum cœleſtium viam patefaceret, exemplis nonullis, addita ra-

tione